

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius ... Ad Exequias Quas ... Petro Barnstörff,

Rostochii: Kilius, 1652


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74682856X>


Druck Freier  Zugang




Corfinius, J.,
in P. Barnstörff.

R. 1652.







PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES CORFINIUS,

SS. Theol. D. Moralium Professor,

& Pastor D. Mar,

Ad Exequias

Quas

VIRO DOCTISSIMO & INTEGERRIMO

PETRO

Barnstörff

ac Pharmacopolæ Rostochiensis Marito suo desideratissimo,

Vidua mœstissima hodie in Mariano

Templo paratas cupit,

Omnes Academiae Cives amicè & sedulò
invitat.

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILLII, Academia Typogr.

ANNO M. DC. LII.



On postremam sedem in serie beneficiorum cælitus nobis concessorum illa Numinis munificentia obtinet, quæ mortalium generi & morbidis corporibus letaliter sæpenumerò intabescensibus pharmaca monstravit, & usq; adeò largè subministravit, ut ingruentem malorum luem vel antevertere queat natura, vel illapsam masculè & feliciter (divinâ ope succenturiante) arcerè; Ingens hoc donum esse, nulloq; æstimandum auro quisquis diffitebitur, hunc lumine captum pronuntiabimus, mentisq; caligine maximâ exerceri, cum illa minus perspiciat, quæ jubare lucidiora sunt meridiano: ignorantia ergò nebulis, atq; maculis ingratitude dispulsis Nos universi hujus theatri Conditori eo nomine obstrictissimos esse affirmamus, cui soli debemus, quicquid saluberrimorum antidotorum nanciscimur. Prisci Gentilium Sophi in diversas abeunt sententias cui prima pharmacorum herbarumq; ascribenda sit inventio, adsunt qui Æsculapio hunc deferunt honorem, alij Patri Apollini consecrant, quem Poëta introduxit gloriantem,

*Inventum medicina meum est, opiferq; per orbem
Dicor, Therbarum subiecta potentia nobis.*

Chiro-

Chironem ab alijs laudari medicamentorum reperto-
rem Plinius auctor est, quidam Apim venerantur Ægy-
ptiorum Regem, quod isti inventionis gloria sit decer-
nenda. Verùm illi rerum divinarum & veritatis defæ-
catissimæ ignari magistri hominibus tribuere veriti non
sunt, quod uni unice acceptum erat referendum Deo,
iste etenim Israël's Archiatrum se liquidò professus est,
à quo luminum Patte velut reliqui bonitatis rivuli deri-
vantur, ita nec hæc quidem liberalitatis particula
eximenda erit: Prolixè Spiritus *χαρίσματος* cum recen-
feret communis Gentium Doctor eisdem sanandi do-
num connumerare haudquaquam dubitavit. Natura
præterea Optimi Conditoris officina suam quoque pan-
dere sedulitatem, & symbolum conferre voluit in ani-
mantibus, ipsis etiam aviculis, quæ generi nostro saga-
ciori herbas aliquot & remedia demonstrarunt quæ
deinceps usui forent homini; evidentissimum hujus rei
documentum chelidonia exhibet, hirundines etenim
hac uti medicinâ exploratum satis est, quâ oculis pul-
lorum vexatis saluberrimè medentur; Cervi dictamni
usum aperuerunt, illam scilicet herbam ejiciendis sagit-
tis præprimis proficuum, unde percussi telo pastu ejus-
dem spicula evellere perhibentur: pluscula consimiliter
coacervari queunt quæ benigna hæc Nutrix per inferi-
ores queq; revelare voluit Creaturas, ut inde documen-
ta caperemus quæ nobis essent ex usu. Veruntamen
quantacunq; sit pharmacorum etiam selectissimorum
præstantia, nihilosecius tandem Natura fragilis & imbe-
cillis succumbit, neq; validos morborum arictes suapte
vi retorquere potest,

Interdum doctâ plus valet arte malum.

A 2

Affe.

*Afferat ipse licet sacras Epidaurius berbas,
Sanabit nullâ vulnera cordis ope.*

Protoplastorum desideratissimam felicitatem, quâ in primitivo integritatis flore fruebantur, vitæ arbor confirmabat, vices certissimi & indubitati medicamenti explens, nam vitæ lignum eapropter nuncupabatur. *Beda* censente, quod naturali & occultâ polleret facultate vitam confortandi, cum virtutem vivificam insigniter juvaret, quantumvis enim morti obnoxius haud esset, communis mortalium Parens, neque morbis divexaretur, delassari tamen vires poterant, placuit itaque Conditori lignum arboris vivificum largiri, cujus fructu collapsæ vires subinde restaurarentur, & nisi infelici ausu defecissent parentes, & semetipsos cum universâ successorum catervâ in exitialem miseriam præcipitassent voraginem, utique in illâ arbore jucundum & delectabile habituri fuissent pharmacum & *ἐπιδαυρον* insigne, quod vires integras perpetuò præstitisset: sed concreata recidente hominum integritate & sanctimonia, ipse simul arboris fructus ususque omnino denegabatur. Atque adeo nullum residuum erit quod singulorum morborum, & succedentis denique mortis violentiam refrænare queat medicamentum, undecunque antidota corradantur, cujusvis illa sint generis, simplicia, composita, obstipantia, relaxantia, anodyna sint, sive soporifera, & si quæ sexcenta alia promi queunt, nihil quicquam in extremo expedient agone, tandem evanescet eorundem virtus, collabascet efficacia, vis morbi superabit, & triumphum ducet. Testem sistit lux hodierna, quæ Virum Doctissimum, & Integerrimum DN. PETRUM Barnhoff / Pharmacopolam hujus Civitatis vigilantissimum ad tamulua

mulum efferendum præcipit. Crebrò ille suo corpori
 (vexabatur enim imbecillitate propemodum continua,
 & concatenatis morborum exagitabatur insultibus)
 pharmaca paravit, & saluberrima propinavit. nulla
 cessabat cura, industria nulla, neq; aberat fidissima sa-
 nitatis conservatrix temperantia, at tamen superata fuere
 auxilia naturæ collata valentissima: Scilicet nun-
 quam disrumpetur antiqui fæderis stabilitas, *Moricis*
homo. Viro huic Optimo cum hoc die iusta facturi si-
 mus. pro receptâ consuetudine illa exponemus, quæ e-
 jus memoriam (cum ipse nobiscum esse amplius non
 possit) conservent. In hanc editus est lucem Anno mil-
 lesimo sexcentesimo sexto. Parentem salutavit Virum
 Honestissimum Dn. HENRICUM Barnstorff/Civem
 & Negotiatorem Rostochiensem, qui jam pridem fatis
 concessit, cum infantilem ætatem noster Macarites non-
 dum reliquisset. Matrem habuit Fœminam pietate,
 alijsq; dotibus Ornatissimam, CATHARINAM
 Dober/Matronam nunc septuagenariam, quæ naturæ
 ordinem in hoc Filij funere inversum cum animadver-
 tat afflictissima est, hunc enim ad urnam deferendum
 cernit, quem indecipienti senectâ scipionem & Achatem
 fidum sibi pollicebatur. Avus Paternus erat Vir In-
 tegerrimus CHRISTIANUS Barnstorff/Civis & Ce-
 revisiarius Rostochiensis, qui matrimonio sibi iunxerat
 Fœminam Lectissimam CATHARINAM von
 Ahnen/Maternus erat Avus PETRUS Dober Civis
 Rostochiensis, & Avia ANNA Murrelsmey. Ex his Pa-
 rentibus natus in hanc mundi scenam prodijt noster piè
 Defunctus, sed ut in cætum filiorum coelestium coopra-
 retur *παλιγγενεσία* opus erat, ut Regenerationis lavacro
 mediante Servatori vendicaretur. Post hæc liberaliter


atque honeste educatus in patriâ informatus Scholâ literarum humaniorû, imprimis vero lingvæ Latinæ eam sibi comparavit cognitionem, ut ad artem *Φαρμακωμικήν*, ad quam animum appulerat, feliciter & discendam, & tractandam idoneus esse videretur. Primò itaque Sverinum ablegatus per integrum sexennium isto in loco & Ducali Pharmacopolio substitit, suamq; industriam Dn. P E T R O Gernberg / Sverinensium Pharmacopolæ abundè probavit. Dehinc Güstrovium & Wismariam concessit, ut quam antehac acquisiverat experientiam & cognitionem uberius excoleret. Deniq; Megapolitanâ patriâ relicta Wittebergam abiit, & ibidem in Reipublicæ litterariæ Album receptus, ac postea egregio Amplissimæ Facultatis Medicæ testimonio instructus inde dimissus est, testantur enim Viri Experientissimi, quod in Pharmacopolio Wittebergensi integrum annum commoratus, fideliter inserviverit, ita quidem ut in præparandis & componendis secundum artû præcepta medicamentis, tam Chymicis, quam Galenicis, maximè assiduum & providum se exhibuerit, atq; unice in id dederit operam, ut in reliquâ vitâ inculpatum se præstaret, & concordia erga æquales, observantia erga superiores, modestia & candorû erga quoscunq; studio cura cordiq; semper haberet. Lipsiam quoque perrexit, & postmodum Berolinum, denique Sedinum migravit, in iisdemq; locis Pharmacopœiæ Cultorem studiosissimum se præstitit. Tandem domum reversus in oppidulo Gnojensi Pharmacopolium instruxit, neque istam mutasset sedem nisi furibundâ Martis lævitia coactus fuisset truculentia militum cedere. Matrimoniale foedus primâ contraxit vice cum Ornatissimâ Foemina ELISABETHA Westphals, ex qua gemellos susce-


suscepit, qui juxta cum Genetrice maturè orbi renun-
ciarunt. Anno 1644. ab Amplissimo Senatu Rosto-
chiense Pharmacopolio præfectus fuit, quam provin-
ciam laudabiliter administravit. suæq; vigilantia &
industriæ specimina edidit; & illo ipso anno ad vota
transiit secunda, toriq; sociam cooptavit Virgi-
nem Lectissimam, Pudicissimamq; **AGNETAM**
Scharfenberges / Viri Spectatissimi **Dn. BERNHARDI**
Scharfenberges / Civis Rostoch. primarij Filiam, Vi-
duam nunc moerentem, ac insperatum Mariti obitum
acerbè lugentem: Connubium hoc pacatum erat,
mens una, atq; animus concors conglutinabat Con-
juges, accedebat proles, quatuor etenim filiolos in lu-
cem editos vidit. quorum postremi jam mundo vale-
dixerunt, priores **BERNHARDUS** scilicet & **JO-**
HANNES adhuc superstites subito paterno orbat
sunt amplexu & solatio. Dolendum verò tam infirmo
fuisse corpore Virum communi ægrotorum sanitati ve-
lificantem, candore conspicuum, pietati & mansuetu-
dini deditissimum; multos sanè annos scorbuto confi-
ctatus, varijsq; symptomatibus scorbuticis divexatus
est, stupendis verò accedentibus convulsionibus occu-
bit. Nihil sanè vel ab ipso, vel ab uxore sedulà omis-
sum est, quod ad sanitatem recuperandam faceret, ve-
rum deficiente humana ope ipse æger ad cœlestem me-
dicinam, & animæ curam se convertit, cumq; immi-
nentem animus præfagiret necem, sacratæ Eucharistiæ
usu, viatico incomparabili & pharmaco saluberrimo
animam confortare placuit, quò cum potitus esset, ad
beatam se illico composuit emigrationem. illamque,
placide obtinuit die VII. Novemb, cum annos 46. vi-
ven-


vendo expleviffet. Nos quotquot fuperftites adhuc
in mortali & ærumnofo hoc commoramur contubernio
vitæ conditionem celerrimè effluentem, & fragilitate
undiquaque cinctam probè expendamus fas erit : quan-
tulum eft annos vivere quadraginta fex ! quam celeriter
ifti effluunt ! quam fragilis vita quæ tot morbis tot vio-
lentijs obnoxia eft ! Nofter Macarites nunc verè vivit,
& cœleftibus convivit anima Genijs. Corporis Exu-
viæ hodie horâ i. matri terræ concredentur. Quod
reftat, Cives Academiæ, ut Emortuo frequentia exopta-
tâ exequias eatis, ab omnibus & fingulis majorem in mo-
dum contendo Dabitis hoc quicquid eft officij Mani-
bus beatis, dabitis Viduæ mœftiffimæ : Inter eundem
ad felicem beatamq; emigrationem vosmetipfos com-
ponetis. P. P. Roftoch. fub Sigillo Reftoratus
die XI. Novembr. Anno
clo 17c LII.

*Convœntus fiet Horâ 1. in adæ
B. Virgini facrâ.*











suscipit, qui juxtà cum Genetrice
ciarunt. Anno 1644. ab Ampliffi-
chiense Pharmacopolio præfectus
ciam laudabiliter administravit,
industriæ specimina edidit; & illo
transiit secunda, torique sociam
nem Lectissimam, Pudicissimamq;
Scharfenberges / Viri Spectatissimi
Scharfenbergs / Civis Rostoch. præ-
duam nunc moerentem, ac insperatè
acerbè lugentem: Connubium h
mens una, atque animus concors
juges, accedebat proles, quatuor et
cem editos vidit, quorum postrem
dixerunt, priores BERNHARD
HANNES adhuc superstites sub-
sunt amplexu & solatio. Dolendum
fuisse corpore Virum communi ægr
lificantem, candore conspicuum, p
dini deditissimum; multos sanè ann
Etatus, varijsq; symptomatibus sco-
est, stupendis verò accedentibus cor-
buit. Nihil sanè vel ab ipso, vel ab
sum est, quod ad sanitatem recupera-
rum deficiente humana ope ipse æge-
dicinam, & animæ curam se conver-
nentem animus præfagiret necem, sa-
usu, viatico incomparabili & phar-
animam confortare placuit, quo cui-
beatam se illico composuit emigratio-
placide obtinuit die VII. Novemb, c

i renun-
Rosto-
provin-
antia &
d vota-
Virgi-
TAM
HARDI
m, Vi-
obitum,
erat,
at Con-
s in lu-
o vale-
& JO-
orbati
nfirmo
tati ve-
nsvetu-
confli-
vexatus
s occu-
à omif-
et, ve-
em me-
immi-
aristia
errimo
let, ad
mque,
6. vi-
ven-

